CAPVT XXV.

VTRVM TESTES TESTAMENTI DEbeant eſſe rogati; & an hæc qualitas requiratur quando teſtamentum ſuſtinetur ratione voluntatis perfecta, ſolemnitates autem ſupplentur; vt in caſu quo fieri cœpit teſtamentum, & ob impedimentum ſuperveniens non potuit perfici, & quid de rogatione notarij; & an teſtes continuo aſſiſtere debeant teſtanti tempore condendi teſtamentum: & an qualitas vicinitatis teſtium ſuppleatur in prædicto caſu, & an literis inſolitis valeat inſcriptum teſtamentum, quando in illo ſolemnitas ſuppletur, & quid ſi tabellio non ſit publicus, nec de numero oppidi vbi conditur teſtamentum.

SVMMARIVM.

Teſtes teſtamenti an debent eſſe rogati diſputatur. 1. *Negativa opinio fundatur.* 2. & 3.

Teſtes intereſſentes præſumuntur rogati. 4.

Rogatio teſtium eſt denunciatio eis facta vt ſint teſtes. 5.

Superflua eſt locutio dicere teſtatorem rogo vos, quod ſitis teſtes mei teſtameti. 6.

Rogationis qualitas in teſtibus olim erat requiſita. 7.

Rogatio teſtium ſufficit quod fiat â notario ſciente, & patiente teſtatore. 8.

Rogatio teſtium fieri poteſt ab hærede inſtituto. 9.

Rogatio teſtes præſumitur. 10.

Voluntatis probatio vbi requiritur per teſtes, quod ſint rogati non eſt neceſſe. 11.

Rogatio teſtium ſuppletur quando ſuſtinetur teſtamentum ratione voluntatis perfectum. 12. & 16.

Rogatio teſtium non requiritur in teſtamento ad pias cauſas, & inter liberos. 13. *Nec in codicillis, & an hoc procedat de iure regio.* 14. & 15.

Rogatio notarij requiritur in teſtamento in ſcriptis. 17.

Rogatio notarij ſuppletur in teſtamento ratione voluntatis perfecto. 18.

Rogatio notarij ſufficit quod fiat ab altero ſi teſtator vocationem ratam habet. 19.

Rogatio notarij ex quibus inducatur. 20.

Teſtium aſſiſtentia continua tẽpore condendi teſtamentum requiritur. 21.

Limitatur ſuperveniente neceſſitate ibidem.

Teſtamentum non vitiatur propter actum momentaneum. 22.

Temporis intervallum in actu teſtandi debet eſſe modicum, & quale modicum dicatur. 23.

Vicinitatis qualitas requiritur in teſtibus teſtamenti nuncupativi ſecus teſtamẽti in ſcriptis. 24. & 25.

Caſus mirandus refertur, & ſententia illius. 26.

Literis ſolitis teſtamentum ſcribi debet. 27.

Abrebiaturæ inuſitatæ vulgo cifras non probant. 28.

Titeris in ſolitis valet ſcriptum teſtamentum Militis, & ad pias cauſas. 29.

Teſtamentum coram tabellione non publico nec de numero an valeat in caſu impedimenti. 31.

1 QVæſtio eſt controverſa, vtrum teſtes teſtamenti debeant eſſe rogati; & hodie rogitus teſtium ſit etiam ſolemnitas tam in teſtamento inſcriptis quam nuncupativo tenent Gregorius Lopez *in l.1. tit.1. part.6. Gloſ.7.* Palacios Rubios *in l.3. Tauri num. 66. &* 68. Burgos de paz *in d.l.3. nu.* 550. cum multis Matienzus *in l.1. tit.4. lib.5. Recop. gloſſ.8. num.7.* alios referens Flores de Mena *variar. lib.1. quæſt.1. num.19. &* 20. Molina de *Hiſpanor. Primogen. lib.2. cap.8. nu.* 25.

2 Contrarium tamen, & quod hodie non requiratur, quod rogati ſint teſtes, tenent Antonius Gomez *in dict. leg. 3. numer. 29.* Cardoſo *in practica, verbo teſtamentum numer. 32.* Gamma *deciſ. 85. numer. 2. &* 3. Ioannes Aloyſius Riccius *collectanea* 3078. *part.7. in fine.* Et cum Saliceto, Scoto, Bertazola, & alijs

ex terris. Lelius Altogradus
*conſ.*50.*num.*153. Gizarrel. *de-*
ciſ. 46. *num.*11. ratio huius
3 opinionis, quod attinet ad
noſtrum regnum eſt, quod
*lex.*3.*Tauri, quæ eſt* 2.*tit.*4.*lib.*
5.*Recop.*ponit, & dinumerat
ſolemnitates in vtroque te-
ſtamento requiſitas, inter
quas non ponitur qualitas
hæc rogationis teſtium; ergo
hodie neceſſaria non eſt no-
ſtro regno. Ratio huius po-
teſt eſſe ne pertam levem ſo-
lemnitatem ſubvertantur
teſtamenta, quæ poſt mor-
tem teſtatoris reſtaurari non
poſſunt. Quod etiam vide-
4 tur ſentire. Palacios Rubios
dict.num. 66. ibi: *Hic dicitur*
quod teſtes debent intervenire,
itaque leges regni volunt, quod te-
ſtes debent eſſe præſentes, vel inte-
reſſentes, nam hoc ipſo præſumun
tur rogati, *l. Dominus, ff. de teſta-*
mentis, facit *l. cum oſtendimus,*
ff. de fideiuſ. tut. rogatio enim
5 teſtium nihil aliud eſt, quam
denunciatio eis facta, vt ſint
teſtes. Surdus *conſ.* 414.
numer. 28. Fontanella *deciſ.*
578. *numer.*5. *volum.*2. vbi di-
cit, quod ſufficit convoca-
re vt ſint teſtes, *&* *deciſ.*
579. *numer.* 13. *&* 15. Caſtillo
6 *in leg.*3.*Tauri verbo no haga fee*
*in dict. addit. col.*3. vbi conclu-
dit, quod ceſſet hodie illa ſu-
perflua locutio *rogo vos*, *quod*
ſitis teſtes mei teſtamenti. Tho-
mas Sanchez *conſ. Moral.lib.*
4.*cap.*1.*dub.*2.*num.*9. nam ſuf-
ficit rogatio in genere, &
quod non ſint fortuiti. D.
Franciſc. Hieroymus Leo *de-*
*ciſ.Val.*40. *lib.*3. *numer.*44. *&*
50.
7 Sed ſi placeat contraria,
quod hodie rogationis qua-
litas requiſita ſit, ſicut erat,
& olim per, *l. hæredes palàm.* §.
in teſtamentis, ff. de teſtam. leg.
Pamphilo, §. *propoſitum, ff. de le-*
*gat.*3.*l. iubemus,* 20. *l. hac con-*
*ſultiſsima.*21.*C. de teſtam.* §.*fin.*
& ibi Gloſſa in verbo adhibitis
inſtit. eod. Authent. rogati, C. de
*teſtib. l.*1.*tit.*1.*part.*6. minimè
neceſſarium erit, quod à te-
ſtatore rogentur teſtes; ſuffi-
cit enim, quod à notario vel
ab altera perſona rogati ſint
teſtes ſciente, & patiente te-
ſtatore, vt valeat teſtamen-
tum, Iaſſon *in l. ſervi electione*
*numer.*41.*ff. de legat.*1. Alexan-
der *conſ.*47.*numer.*4.*volum.*4.
Surdus *conſ.* 414. *numer.* 26.
Altogradus *conſ.* 50. *numer.*
254. Michael Graſus, §. *teſta-*
mentum quæſt. 58. *num.*5. Gra-
tianus *cap.* 550. *numer.*7. *tom.*
3. Menchaca *de ſucceſ. creat. lib.*
2. §. 13. *num.* 77. cum multis
Maſ-

Maſcardus *de probationibus*
*tom.*3.*concl.*1360.*num.*7. Fari-
nacius *de teſtibus quæſt.*62.*nu.*
155. Petra *de fideicommiſsis*
*quæſt.*12.*num.* 187. Marta *de*
ſucceſſ. legal. tomo 2. *part.* 4.
*quæſt.*2.*art.*3.*num.*24.*vbi num.*
22. ſufficere inquit, quod ab
9 hęrede inſtituto rogati ſint
teſtes. Alciatus *conſ.*111.*num.*
9.*lib.*9. Ioan. Mar. Riminald.
*conſ.*254.*num.*19. Gamma *de-*
*ciſ.*46.*num.*6. Iulius Clarus,
§.*teſtamentum quæſt.*58.*num.*5.
Mantica *de coniectur. vltim vo-*
*lunt.lib.*2. *tit.* 11. *num.* 4. Ma-
10 tienzus *in l.*1.*tit.*4.*lib.*5.*Recop.*
*gloſſ.*8.*num.*7. Azevedus *in l.*
2.*ſeq.num.*5. teſtes autem ro-
gati præſumuntur, & dum
contrarium non conſtet, ſtá-
dum eſt pręſumptioni. De-
cius *conſ.*11.*num.* 17. Socinus
Iunior *conſ.*178. *num.* 4. *lib.*2.
Boerius *quæſt.* 35. Fachineus
*conſ.*24.*num.*9.*lib.*2. Bertazo-
lus *conſ. civil* 68. *num.*16. Sur-
dus *conſ.*414.*num.*29. Farina-
cius *conſ.*97.*num.* 22. *& de te-*
ſtibus quæſt. 62. *num.* 161. Flo-
res de Mena *li.*1. *variar. quæſt.*
1.*num.* 21. Mantica *vbi ſupra*
num. 11. Clarus *num.*6. Maſ-
cardus *num.*11. Menchaca §.
13. *in fine* Menochius *de præ-*
*ſumptionibus lib.*3.*præſ.* 9. *num.*
2. *& præſ.*132.*n.* 32. Azevedus
*in l.*1.*tit.*4.*lib.*5. *Recop. nu.* 54.
& 55. vbi Matienzus *gloſ.* 5.*n.*
16. *& gloſ.*8.*n.*8. Cervát. *in l.*3.
*Tauri num.*115. vbi Burgos de
Paz *n.*550. Caſtillo *lib.* 4. *con-*
*troverſ. cap.*20. *n.* 22. Cevallos
*commun. quæſt.*474.
11 His ſic brebiter expoſitis
accedendo ad materiam, &
inſtitutum noſtrũ, cum hæc
rogationis qualitas requiſita
ſit ad teſtamenti ſolemnita-
tem, non ad probationem vo
luntatis; quia vbi requiritur
probatio voluntatis per te-
ſtes, quod ſint rogati non eſt
neceſſe, *l. ad fidem.*21.*ff. de teſti*
bus, & notat Pichardus *in* §.
12 *ſed cum Paulatim inſtit. de te-*
ſtam. Ordinand. num. 41. in caſu
legis noſtræ, *ſi quis cum teſta-*
*men.*25.*ff. de teſtamentis*, cum
ſcilicèt teſtamentum fuit
cœptum, & ob impedimen-
tum non potuit perfici, ro-
gationis qualitas minimè re-
quiritur; quia propter ne-
ceſsitatem, & impedimen-
tum ſuperveniens in caſu
quo perfecta ſit voluntas te-
ſtamentis, diſpenſatur in
ſolemnitatibus, vt ſupra *cap.*
3. probatum eſt.
13 Et vlterius probatur ex
eo, quod in caſibus in qui-
bus ſolemnitas teſtamenti
non eſt neceſſaria, vltima
vo-

voluntas teſtibus non roga-
tis probata valet; vt in teſta-
mento ad pias cauſas ; & in-
ter liberos Corneus *conſ*.307.
num.17.*in medio vol*.3. Surdus
conſ.258.*num*.3. vbi de com-
muni teſtatur , & ex multis
probat Farinacius *de teſtibus*
quæſt.62.*n*.152.*&* 154. Cabal.
conſ.106.*num*.1.Fuſar. *conſ*.41.
num.18. Guizarrel. *deciſ*. 46.
per totam Guidon Papa *deciſ*.
543.*num*.9.Gothofredus *in l.*
hac conſultiſsima,§. *ex imperfe-*
cto,*C.de teſtam.lit.M*. Riccius
collectan.3078.*part*.7. Ripoll.
var.cap.13.*num*.560.Gaſp.An-
ton. Theſaurus *quæſt.forenſ.*
lib.4.*num*.4. Genua *de ſcriptu-*
ra privat. lib.6. *cap*.1. *numer.*
246.
14 Roboratur quoque ex *l.*
fin.C.de codicillis vbi quod te-
ſtes rogati ſint in codicillis
non requiritur, quantumvis
codicillus diſpoſitio ſit vlti-
mæ volũtatis. Gloſſa *ibi verb.*
excepto Bartol.Bald.Iaſſ. Sa-
licetus Corn.& alij Farinac.
d.quæſt.62.*ex nu*.150. Riccius
d.collect.3078.*circa finem*, Sur-
dus *vbi ſupra num*.8. Pichard.
in §. *ſed cum paulatim inſtit. de*
teſtam.Ordin.nu.41. quę reſo-
15 lutio in terminis iuris regij
ſatis dubia eſt, nam quod
etiam in codicillis teſtes re-
quiratur rogati, tenent Gre-
gorius Lopez *in l*.7.*tit*.1 *part.*
6. Spino *de teſtamentis gloſſa*
32.*in fine*, Azevedus *in l*.2. *tit.*
4.*lib*.5.*Recop.num*.34. Gutier-
rez *lib*. 2. *pract. quæſt*. 36.*num.*
3. Molina *de Hiſpanorum Pri-*
mogenijs lib. 2. *cap*.8. *num*. 24.
cuius fundamẽtum eſt dicta
lex Regia , quę eandem ſo-
lemnitatem in codicillis ac
in teſtamento nuncupativo
ſervari iubet ; ea tamen non
obſtant contra Gregorium
tenet Burgos de Paz *in l*.3.
Tauri num.1350. & in puncto
iuris veriorem dicit Flores
de Mena *var. lib*.1. *q*.1. *num.*
20.
16 Sed quidquid hoc ſit , ſe-
cundum diſpoſitionem iuris
communis validum erit ar-
gumentum ; in teſtamento
etenim perfecto ratione vo-
luntatis, & imperfecto ratio-
ne ſolemnitatis, cũ hæc ſup-
pleatur, & diſpenſetur, ſequi-
tur inde quod qualitas roga-
tionis , quæ ſolemnitas eſt,
minimè deſideranda ſit; prę-
cipuè cum lex regia non de-
tur, quæ contradicat, vt codi
cillis. Sic in terminis notat Ia
cobus Cancer. *var. lib*.1.*c*.4.
in 2.*impreß.n*.74.*&* 75. vbi iu-
dicatũ affirmat , Nigreir. *de*
confect.teſtam.lib.1.*cap*.8.*n*.11.
Idem

17 Idem quoque dicendum
erit de rogatione notarij, li-
cèt ergo qualitas hęc ſit ſo-
lemnitas requiſita in teſta-
mento inſcriptis per textum
in Athent.de tabel. §. *nos autem*
collact. 4. Matienzus *in leg*.2.
Gloſſ.4.*num*.7.*tit*.4.*lib*.5.*Re-*
copil. tamen in noſtro caſu ob
impedimentum rogationis
ſolemnitas in notario ſicut,
& in teſtibus ſupplebitur. In
teſtamentis enim privilegia-
tis vbi ſolemnitas diſpenſa-
tur, defectus rogationis no-
tarij non viciat diſpoſitioné.
18 Menchaca *de ſucceſsionum*
creatione lib.3.§.24.*nu*.87. vl-
tra quod rogatio notarij ſuf-
ficit, quod fiat ab altero, mo-
do teſtator vocationem ratá
habeat, Salazar *de vſu*, *& con-*
ſuetudine cap.3.*num*.9.& indu-
citur ex multis, vt ex ratiha-
bitione teſtatoris, ex clauſu-
la *actum*, ex rogatione teſtiũ,
& alijs, de quibus latè Ma-
tienzus, *d.gloſ*.4.*ex num*.7.*cum*
ſeq. Mantica *de coniecturis vlti-*
19 *mar.volunt.lib*.2.*tit*. 12. Men-
chaca §. 15. *num*. 123. Meno-
chius *de præſumptionibus lib*.2.
præſ.81.*nu*.7. Socinus Iunior
conſ.178.*n*.9.*vol*.2. Surdus *cõſ.*
414. Farinacius *conſ*. 97.*num.*
23. Altogradus *conſ*. 50. *num.*
252.
20 Quod etiam ſuadetur ex
eo , quod ſolum requiritur,
quod teſtes dicant de volun-
tate teſtatoris , & quod per-
ceperunt , & intellexerunt
quidquid ipſe diſpoſuit, non
tamen requiritur, ſi caſus ne-
ceſsitatis intervenerit , eorú
præſentia, & aſsiſtentia con-
tinua , quamvis regulariter
non ſuperveniente neceſsita-
21 te vno contextu debeat con-
di teſtamentum, vt ex *leg. ca-*
ſus 8.*&* *l.cum antiquitas* 28.*C.*
de teſtamentis notat Pichardus
in dict.§.*ſed cum paulatim inſtit.*
de teſtam.â num. 33. Michael
Graſus §. *teſtamentum quæſt.*
59.*num*.3. & vltra caſum im-
pedimenti notat idem Mar-
22 ta *de ſucceſsione legali tom*.2.
part.4.*quæſt*.1.*artic*. 10. *numer.*
33. vbi inquit, quod teſtamẽ-
tum non vitiatur propter
actum momentaneum: dum
tamen intervallum tempo-
ris modicum ſit, etiam ſi ſi-
mus in caſu neceſsitatis , vt
in tempore peſtis ; quod mo-
dicum temporis quale dica-
tur iudicantis arbitrio relin-
quitur. Pichardus *vbi ſupra*
23 *num*. 34. *&* 35. Bonacina *tom.*
2. *diſputat*. 3. *de contractibus*,
quæſt.17.*puncto* 1.*num*.10.*verſic.*
præterea vbi cum Molfeſio,
Gomezio, & Vazquez aſſe-
rit,